



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Votum IV. quis possit vouere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

V O T V M I V .

803

Filius tenetur implere votum emissum à parente, iimplendum ab ipso filio, dummodo illud approbet animo se obligandi. num. 73.

Seruum obligant vota personalia, quæ non redundant in damnum domini. nu. 74.

Votum licet potest non impleri, quando impletio est manifestè mala, inutilis, vel impeditiva maioris boni. num. 76.

Quid requiratur ut votum censeatur ratificatum, vide tit. Votum VI. de irritatione.

V O T V M I V .

Quis possit vovere.

SVBIECTVS aliquis non potest emittere votum validum in eis, in quibus subiicitur, absque eius cui subiectus est, consensu. cap. 12. num. 64.

Impuberis vtentes ratione possunt regulariter emittere quæcumque vota, siue realia siue personalia. num. 68.

Et licet non possint se obligare voto solemnis religionis, etiam consentiente patre: bene tamen voto simplici. ibidem.

Puberes possunt emittere vota personalia, & tenentur adimplere, etiam viuentibus parentibus vel tutoribus, dummodo non

E E c 2 con



contradicant gubernationi paternæ, vel tutoris, alias fecus, nisi essent in subsidium teræ sanctæ, vel ex rebus Castrenisibus, vel cū consensu parentis. num. 70.

Vota realia à puberibus facta, valida sunt. ibidem.

Clericus beneficiarius, & non beneficiarius potest emittere omnia vota, sicut laicus; his exceptis, quæ grauiter præjudicant Ecclesiæ, ut longa peregrinatio. num. 74.

Religiosus non potest vouere aliquid sibi prohibitum, licet ex genere suo bonum, sine conditione si prælato placuerit, nec rem non prohibitam absque hac conditione, si Superior non contradixerit. ibidem.

Neuter coniugum potest vouere continentiam sine consensu alterius. capit. 21. num. 19.

V O T V M V.

Quoad solennitatem.

VO T V M duplex est, unum solemne, & alterum simplex. Solemne est quod professione tacita, vel expressa religionis approbat, vel susceptione ordinis sacri celebratur. cap. 11. num. 32. §. 13.

Votum